designare sol& dn̄o adfirmante cum eo qui in uinea
magni patris familias laborent; Denario remune
rando esse testatur; Et merito per hunc numerum mercis
aeternae figuratur in qua natura creata in aeternum
diuinae uisionis coniungitur quia in ipso numero mys
tice diuina simul & humana natura designatur;
Deus quippe trinitate homo uero septenario numero con
prehenditur; Quia nouit deus & propter corpus quae iiij
elementis constat; Ternario uero propter triplicem
interioris hominis differentiam quam scriptura nobis ostendit;
Cum diligere nos iubet dm̄ ex toto corde tota anima tota
uirtute; Unde in decalogo legis tria sunt mandata quae
nos ad cultum diuini amoris excitant; Septem quae di
lectionem commendant proximi; Qui ergo decalogum
in di & proximi dilectione custodiunt ipsi mercedem
huius custodiae [illegible] in di simul & proximi uisione p
cipiunt; Quia qua [illegible] in hac uita & proximum quem
uident & dm̄ quem non uident diligunt tunc in futura uita
& dm̄ regem in decore suo & proximum in dō glorificatum
ac decoratum uidebunt; Et ideo altare quod in figuram facta est
electorum ob significandam eorum uitam perfectam x
erat cubitorum latum; Cum uero dictum esset quod fecit salomon
altare aureum additum est continuo xxiij Et mensas super
quam ponerentur panes propositionis aureas; mensa autem
aurea scriptura est sacrae spiritalis intellegentiae clari
tate; Secunda de qua psalmista dn̄o parasti inquit